


IN VERS. XII.

CAP. JESAIÆ XIV.

PERICULUM PHILOGICUM,



CONS. AMPL. FAC. PHIL.

PUBLICE PROPONIT

ANDR. JOHANNES LAGUS,

S. THEOL. LICENT. AD RÉG. ACAD. BIBLIOTH. AMAN, ORD.
ET IN LITTERATURA GRÆCA DOCENS.

PARTIC. I.

RESPONDENTE

JONA BJÖRKDAHL,

Stip. Reg., Smolando,

D. XXVIII MAJI MDCCC IN AUDITORIO MAJORI

VENTILANDA,

HORIS A. M. CONSYETIS.

A B O Æ,

IN OFFICINA FRENCKELLIANA.

*Sumtibus parcentes, reliqua ad aliud tempus dif-
ferre cogimur.*



PROOEMIUM.

Celebrato per totum Caput JESAIÆ XIII. infestissimæ Ju-
dæo nomini Babylonis expugnatione & excidio, lætam
demum popularium e durissima servitute liberationem, & in
patriam redditum, primis III Capitis XIV versibus canit Vates.
Quarum rerum, bono civi lætissimarum, gaudio accensus, furo-
re quodam divino abripitur. Orationem pristinam deferens,
in Odam triumphalem erumpit, &

*Monte decurrentis velut annis, imbris
Quem super notas aluere ripas,
Fervet, immensusque ruit profundo*
— — — ore 1).

Ac si absolutum omni numero aliquid proferre unquam
valuit divina Poësis, eo certe nomine dignum haberi debet

A

hoc

I) HORATII *Carm.* Lib. IV. Od. II. v. 5. fqq. — Nempe & hoc pro-
prium ac privum est Poëtis Hebræorum, ut medio carmini aliud
intexant sonantius jam & majus carmen, cui collata reliqua oratio
pæne prosa videtur, fingantque epinicum, aut epicedium, pro mo-
re gentis a Poëtis mulieribusve canendum JES. XXVI, 1. fqq;
XXVII, 2 - 5; JEREM. IX, 16 - 20; EZECH. XXXII, 2. Vid. Ill.
JO. DAV. MICHAËLIS not. 69. ad ROB. LOWTH *De Sacra Poësi He-
braeorum Præl.* XIII, Tom. I. p. 261. Gott, 1770, 8:9.

hoc carmen 2), quod splendidissimis imaginibus, & Protopo-
poies audacissimis distinctum, actione quadam continua, seu
potius serie diversarum actionum multiplici ac varia, Drama-
tis instar exornatur, versib. 4-23 3).

Exordium facit mirans, cum sarcasmo, Judæorum jubila-
tio, ob acerbissimum & inexspectatum simul invisi Regis, vel
ipsius regni Babylonici, interitum. — Exultat ipsa tellus, tri-
umphant abies & cedri Libani.

Extemplo mutatur Scena, novusque prodit Personarum
ordo. — Panduntur Tartara, atri patet janua Ditis, Defunctorum
manes exitat Orcus: de soliis confurgunt pallida Princi-
pum simulacra, quæ venienti tyranno festinanter obvia, ad-
ventum suum cum irrisu mirantur, & pristinam acerbe ex-
probrant arrogantiæ, cum aliis, tum verbis, v. 12:

*Ut decidisti cælitus agminis,
Eoë, clarum fiderei decus!
Ut decidisti, qui domabas
Vicit orans populos trementes!*

quem-

2) V. Rev. Lowth lib. cit. Tom. I. p. 136 & 264 sq.

3) Ad vers. 28. Carmen extendunt Cl. NIC. SAM. SVEDERUS, in *Diss. Philol.*, Praef. Cel. CAR. AURIVILLIO, ad *Epinicum Propheticum in occasum regni Babylonii*. Es. XIV, v. 4-27. (P. I. Ups. 1779. 4:o), & Rev. R. LOWTH lib. cit. p. 261, atque in libro: *JESAIAS neu übersetzt -- mit Zus. und Anmerk. v. JOH. BENJ. KOPPE*, qui verosimilius vers. 24. sqq. pro diverso fragmento, ad Capp. XXXVI, XXXVII forsitan referendo, habet. Cfr. JOH. DAV. MICHAËLIS D. Uebersetzung des Alt. Testam: s mit Anmerk. für Unglehrte, Th. VIII, 2:e Hälften, p. 83. Gött. 1779. 4:o, & J. G. HERDER *Vom Geist der Ebr. Poësie*, Th. I. p. 262. Leipz. 1787. 8:o.

quemadmodum a Reverendis, LOWTH 4) p̄eclare exprimuntur 5).

Placuit olim Patribus non paucis hæc de lapsu Satanæ 6), cui exinde per popularem errorem nomen *Luciferi* adhæsit, aliis de *Antichristo* explicare 7); quæ somnia recitasse, idem sit ac refellisie.

Sensum vero verborum litteralem reddituri, non parum discrepant Interpretes; quorum præcipuas sententias dijudicantes, observatiunculis quibusdam additis, egregio lucem aliquam loco adspergere tentabimus. Quod si minus feliciter processerit conamen, veniam tamen Lectorum sperare audeamus operæ, nobis saltim non utilis futuræ.

A 2

§. I.

4) *De S. Poësi Hebr. Pr. XXVIII, T. II. p. 575. sq.* — Judæis hæc verba tribuunt LOWTH, lib. c. Tom, I. p. 263. & in *Jes. neu übers. Th. II. p. 203.* (Leipz. 1780.) atque CAMP, VITRINGA in *Commentar. ad Libr. Prophetiar. JESALE*, h. I.

5) Nova post has a Poëta inducitur Persona. — Incidunt quidam ex improviso in regis Cadayer, inter stragem occisorum nudum jacens, quod vulneribus opertum diligenter contemplati, & vix demum agnoscentes, sepulturam immanissimo tyranno meritisime denegatam pronuntiant, nominique ejus execrando ac semini diras imprecantur. — Claudit Drama igit Numen, minas solenni affirmatione faniens.

6) Vid. C. VITRINGAM l. cit. P. I, p. 579. Herbornæ 1715, Fol.

7) Vid. lib. cit. l. c. & *Die Heil. Schrift - - nebst - - Erklär. verschied. Engl. Schriftsteller; - - mit Ann. von JOH. AUG. DITTEL MAYER*, Th. VIII, p. 383. Leipz. 1758. 4:o.

§. I.

Quod primo observandum fese nobis offert, est singularis atque insolens verborum מְשֻׁטִים נַפְלָת אֵיךְ explicatio, qua, non tam *loci*, ex quo dejectus cederit Princeps Babyloniorum, quam potius tristem ruinam efficientis causæ respectu habito, ipsa reddit JOH. CHRIST. GENSELIUS 1): quomodo prostratus es a Deo? Haud quidem negamus, voces שְׁמִים, ὄντας & cœlum, per metonymiam, non Syris modo, Chaldaëis, Rabbinis & Talmudistis, sed Græcorum quoque, tam Sacris, quam profanis, nec non Latinæ, atque adeo recentiorum linguarum Scriptoribus usitatam, saepius poni pro ipso *Deo* 2), quem quidem in cœlis potissimum residentem cogitare humanæ est imbecillitatis; at subdubitare tamen, contra summorum virorum auctoritatem, audemus, hujusmodi locutione-

1) In *Observationibus Sacris ad varios locos Codicis S.*
p. 199. sq. Lips. 1733. 4:o.

2) Vid. JO. BUXTORFFIUM in *Lex. Chald. & Talmudico*,
sub מְשֻׁט & JO. FR. SCHLEUSNER, in *Nov. Lex. Græco-Lat.* in *Nov. Test.* sub ὄντας. Cfr. JO. LIGHFOOT.
Opp. T. II. p. 263, & SAL. GLASSII *Philologiam Sacram*
Lib. II. Tract. I. Cap. III. Tom. II. p. 260, Ed. J. A.
DATHII. Lips. 1776, 8:o.

۶۳

tionis exemplum ullum in Ebraismo Biblico inventari. Hoc autem loco non a vulgari שְׁטִים significatione recedendum esse aperte monstrat parallelismus membrorum in versiculo nostro 3), qui docet, terminos, *a quo* (מִן־שָׁם), in priori, & *ad quem* (לְאַרְצָה) 4), in posteriori hemistichio, sibi invicem respondere.

Neque multum nos movet alterum, quo ad novam interpretationem firmandam utitur argumentum, ab originaria, ut putat, vocis נֵנֶנֶת petitum significacione: *vi moveri deorsum*, item *prosterni*, quæ sola cedere ex ejus opinione recte dicuntur, non vero quæ volatu, vel descensu inferiores ex superis petant regiones. Quam vero vocis vim h. l. perire, nisi expressa detrudentis fiat mentio, ei concedere non possumus, quum multa ejusmodi omissionis in Codice Sacro

A 3

exem-

-
- 3) ISAIAH. *A New Translation . . . By ROBERT LOWTH.*
Prelimin. Disserat. pag. XXI. follow. *The Sec. Ed.*
London MDCCCLXXIX, 4:o, & *Ejusd. de Sacra Poësi
Hebræor. Præl.* XIX, Tom. II. p. 382, sqq. Ed. Jo. DAV.
MICHAËLIS. Gott. 1770. 8:o.

- 4) Quæ voces jam conjunctæ, jam oppositæ, sibi invicem in S. Codice saepius respondere solent: e. gr. *Deut.* IV, 26; XXXI, 28; *Jes.* I, 2; *LI*, 16, *Psalm.* L, 4; CXIII, 5, 6; *Thren.* II, 1,

6

exempla 5) contrarium probent, & in posteriori hemistichio occurrens, nostroque vocabulo respondens נָפַל, quod de *violenter succisis & prostratis* dici, infra monstrabimus, omnem adimat suspicionem, spontaneum quendam de pristino fastigio lapsum & prostrationem per vocem נָפַל hoc loco depingi. Quare tametifi, non secus ac Græcorum πιπτειν & Latinorum cedere, Hebraicum נָפַל egregie dici posit de *sidere occidente* 6), cui compararetur ad inferos descendens Babyloniorum tyrannus, eum tamen sensum hoc loco non admittendum esse censemus, quippe cum non gravior solum multoque fortior, verum etiam parallelismo magis congruens sit imago cœlitus, ad instar fulminis, vel faculæ sulphureæ, præcipitis lati 7). In hyper-

5) Attulisse sufficiat *Psalm*, XXXVII, 24; CXLV, 14;
AMOS III, 5.

6) Vid, Cel. ALB, SCHULTENS *Origines Hebr.* Lib, I. P. II.
Cap, VI, §. XI, 13, pag. 274. (Lugd. Bat. 1761, 4:o),
ubi varias verbis נָפַל significationes, a generali *fudit*,
subfudit forte manantes (Cfr. JOH. SIMONIS & JOH. COCEJI *Lex, Hebr.* sub נָפַל) cum Græco & Latino collatus pro more suo eleganter & docte expromit.

7) Cfr, CAMP, VITRINGÆ *Comment.* in *Libr. Prophetiar.*
JESAIÆ, Tom, I, p. 566, & JESAIÆ *Vaticinia Explicavit*
ERN. FRID. CAR, ROSENMÜLLER, T. I. Lips. 1791, 8:o.

) 7 (

hyperbolica vero hac locutione quis sensus lateat, neininem fugere opinor, cum omnium linguarum usu sit frequentatum, eundem, qui in magno felicitatis, vel dignitatis fastigio sit positus, *sublimi ferientem sidera vertice spectare*, ut & contra *de cœlo detraictum*, cui non pepercisset fortuna volubilis 8).

§. II.

Quod sequitur היל reddituri Interpretes in diversa abeunt, aliis pro *Verbo*, pro *Nomine* aliis idem accipientibus. Quibus prior placet explicandi ratio, eorum forte princeps est Auctor *Peschito Syriacæ*, qui vocabulum היל uti *Imperativum* intelligit, *Conjugationis Hiphil*, radicis ייל, ejulavit, vertens ויל. A qua versione non abhorret ipse HIERONYMUS, qui in Commentario suo ad hunc locum monet: "pro eo, quod nos interpretati sumus ob facilitatem intelligentiæ, Lucifer, qui mane oriebaris, in Hebræis, ut verbum exprimamus ad verbum, legitur: *Ulula fili diluculi.*" E recentioribus multus in eo est JAC. GUS-

SE-

8) HORATII *Carm.* Lib. I. Od. I. v. 36. & CICERON. *Epiſt. ad Attic.* Lib. II, 31. Cfr. OVIDII *Metamorph.* Lib. VII. Fab. I. v. 60. PROPERT. Lib. I. *Eleg.* 8, v. 43; item VITRINGAM & ROSENmüLLER II, cc, nec non BASILII FABRI *Tbesaur.* f. v. *cælum.*

SETIUS 1), ut demonstret, הַלְל, non secus hoc, atque aliis, ubi occurrit, locis, partes *Verbi* necessario sustinere, & reddendum esse per ejulare. Horum explicationi maximum pondus addit illustre JOH. DAV. MICHAËLIS nomen, qui eidem supra fidem vehementer favens, in *Supplementis ad Lexica Hebræa 2)*, vario argumentorum genere consuluit.

Verum quidem est & concedendum, quo interpretationem suam probare student, faciliorem, & a vulgaribus minus abhorrentem fore formam vocabuli לְל, si pro *Hiphil* verbi וְלָל habeatur; imperandi vero sensum hoc loco ei tribuere, aures fere yetant. Præterquam enim quod *Imperativus*, duobus Præteritis, נִפְלָה & נִגְרָעָה, ita per abruptum interjectus, ex nostro quidem sensu minime commodam redderet orationis seriem, ipse quoque membrorum parallelismus, præcipuum Hebraicæ Poëseos κριτηριον & ornatum, eo admisso h. l. magnam partem periret 3).

§. III.

1) In *Lex. seu Comment. Linguæ Hebr.* sub voc. הַלְל & וְלָל Ed. II. Lips. 1743. 4:o.

2) Pag. 539 & 2314. Gott. 1792. 4:o. Cfr. *Ejusd. Deutsche Uebers. des A. Testam: s mit Anmerkungen*, h. 1, Göttingen, 1779. 4:o.

3) Vid, E, F, C, ROSENMÜLLER 1. c,

§. III.

Non itaque mirandum est, si longe plures Interpretum, diversam secuti viam, voci היל Nominis vim tribuerint. Horum agmen dicit Auctor versionis Alexandrinæ, vel Septuagintaviralis Græcæ; quæ tamen, ut in Libro, cui JESAIÆ nomen adhaesit, in primis manca est & mendis conspurcata 1), ita hoc quoque loco hallucinatur, נפלת in III:a persona & היל in nominativo contra contextum Hebræum red-dens: πῶς ἐξεπεσεν ἐκ τῆς ὄντας ὁ ἜωσΦορος; Eandem pro more suo sequitur interpretatio Prophetarum Arabica 2), Bibliis Polyglottis, a BR. WALTON editis, inserta, ubi verba allata exprimuntur: كيف سقط كوكب الصبح من المسماة، quæ ibidem Latine versa audiunt, quomodo cecidit e cælo stella matutina? 3)

B

Jo-

1) It unfortunately happens, that ISAIAH has had the bard fate to meet with a Translator very unworthy of him, there being hardly any Book of the Old Testament so ill rendered in that Version (the Greek, commonly called the Septuagint) as this of ISAIAH. ISAIAH. A New Transl. — By ROB. LOWTH, Prelim. Dissert. p. LXVI.

2) Vid. Jo. GOD. EICHHORN Einleit. ins Alte Testam. Tom. I. Kap. III. §. 295. p. 554. Leipz. 1787. 8:o.

3) Vel Crepusculi. Scil. significatur per צהרי tempus an-

JONATHAN BEN UZIEL, tropicum pariter ac proprium, ut solet, per paraphrasin expressurus sensum, initium versus transfert: **אִכְרֵין אֶתְרַכְנָתָן מִן רֹומָא רְהֹוִתָא אֲוֹתָן בְּגַוּ בְּנֵי אָנָשָׁא כְּכָכְבָּן תְּחָא בֵּין כְּכָכְבָּיו** h. e. secundum versionem in Polyglottis Angl. *Quomodo cecidisti de excelso, qui eras splendidus inter filios hominum, sicut stella lucens inter stellas!* Quæ vero ut rite intelligantur, probe notandum est, **כְּכָכְבָּן נְוֶזְחָא**, proprio *stellam lucis*, in Rabbinorum & Talmudistarum scriptis saepius *naturam* չְչֻזְחָה ponit pro *Luciferi*, vel *Veneris* fulgente sidere 4): quam significacionem etiam huic loco aptissimam judicamus.

In versione Latina *Vulgata* in II:a Persona נְפָלָת in Vocativo exponuntur cui consentit versio Arabica, ab E. F. C. ROSENmüller 5) laudata,

telucanum, auroræ initium, ipsa nigredo ad rubedinem vergens: Vid. JAC. GOLII *Lex. Arabico-Lat.* pag. 1334.

Lugd. Bat. 1653. fol.: **គុកីប ស៉ែម** ergo pulchre ipsum LUCIFERUM designat.

- 4) Sic in Tract. Talm. *Schabbath*, fol. 156, 1. legitur: **חָאוּ מִן רְבָכָב נְוֶזְחָא וְהָר גָּבָר עֲתָרוֹ וְנוֹנוֹ** h. e. qui sub *Venere* natus est, fiet vir dives & libidinosus. Cfr. JO. BUXTORFFII *Lex. Chald.* & *Talm.* col. 1296.
5) Lib. & l. cit.